Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8138
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Marcus

huius mortuum manibus suis cum linteaminibus et aromatibus tractatis sepeliuit apud bonum petrum.
Apud Affricam beatorum martyrum. Arbogasti. Archinimi. et Gaiani. hi tempore wandalice persecutionis sub theodorico rege arriano. cum essent lucidissima membra ecclesie xpi. et prauitatem arrianorum libertate catholica fecunde arguerent. per confessionem veritatis multa et diuina passi supplicia atque obprobria. cursu gloriosi certaminis impleuerunt. Et passio. s. Archinimi.

a p Apud parthum Tichica apostolorum discipuli. In numidia apud arenensem colonia. natale sancti martyrum. Agripy. et secundini. episcopi. qui persecutionem valeriani per longum exilium apud pharan urbem. in qua nice magne gentilium ceco furore et officiis militaribus ad tempus uidam instantes fide rabies diaboli infestantis inhibebat. ex illustri sacerdotio effecti sunt martyres gloriosi. passi sunt cum collegio Emiliani miles. et Teculla. et Antonia sacre virgines. et quedam mulier cum suis geminis. Et nat. domini. philippini. et licinii et nicei epi. Romae passio Quirini tribuni et martyris. qui sub aureliano imperatore qui regnat anno dni. CCLXX. per XIII sustinuit. primo abscissione lingue. 2o cadei suspensionem. 3o manuum ac pedum detruncationem. 4o capitis decollationem.

Kal Romae. s. Balbine virg. filie sancti Quirini martyris dicti. Qui dum martyrum tollens bonum de collo Alexandri pape sedentis iussisset. cum pergeret ut collo filie sue stuma hunc imponeret. ecce subito puer cum facula apparuit. quem constat angelum dei fuisse. et dixit ad puellam dicens. Salua eos et in virginitate tua permane.

89

90